

219

Samborius Dei gratia Dux Pomeranie universis
 Cristi fidelibus presentem paginam inspecturis. Salutem
 in Domino. Cum virtus exigat accepti beneficii reminisci
 in memoria habentis quanta et qualia fratres domus Theu-
 tonice pro nobis fecerunt studio indefesso. Pietati eorum
 sincero corde respondere cupientes. ad ea semper intendere
 volumus. que ad ipsorum spectant commodum et honorem
 Hinc est quod ^{insulam} Bem nuncupatur et iacens inter noua
 Wislam et veterem aduersus Lantir. Fratribus ejusdem
 contulimus in perpetuum libere possidendam. Ne
 igitur tempore procedente huius nostre donationis dubium
 valeat suboriri presentem literam in firmitatem et
 testimonium predictorum sigillo nostro fecimus commu-
 niri. Huius rei testes sunt. Lesborius castellanus de
 Dersowe. Domaslauus de Lubeschoue Metane tri-
 bunus. Fridericus de Wiloenberg. Albertus. Cornelius
 Ditmarus. Daniel de Juterborg. Datum in Dersowe
 anno MCC^o LIII^o III. idus Januarij—

Faint, illegible handwriting in a cursive script, possibly a list or account book.